# REGESTI ISPRAVA 16. STOLJEĆA IZ ARHIVA HRVATSKE AKADEMIJE ZNANOSTI I UMJETNOSTI

## Peti dio: Isprave iz razdoblja 1551.-1554.

**Regeste sastavili Antun Mayer i suradnici, za tisak priredila Maja Katušić**

Maja Katušić
Hrvatski institut za povijest
Zagreb

UDK 94(497.5)"15"(093)
930.253:930.22
Stručni rad
Primljeno: 16.5.2011.
Prihvaćeno: 15.6.2011.

Rad na objavljivanju regesta isprava koje se čuvaju u Arhivu Hrvatske akademije znanosti i umjetnosti započela je grupa djelatnika i vanjskih suradnika tadašnjeg Historijskog instituta Jugoslavenske akademije znanosti i umjetnosti (danas: Odsjek za povijesne znanosti Zavoda za povijesne i društvene znanosti HAZU) te su u nastavcima u Zborniku (sv. 2-5) objavljene srednjovjekovne isprave iz te zbirke. Godine 2007. rad na objavljivanju regesta ponovno je nastavljen te je u Zborniku (sv. 25) objavljen prvi nastavak niza, u kojem se objavljuju regesta isprava od 1527. g. do kraja 16. st. Ovo je peti nastavak u kojemu su objavljene isprave od 1551. do 1554. godine.

**Ključne riječi**: rani novi vijek, hrvatska povijest, povijesni izvori, isprave, Arhiv Hrvatske akademije znanosti i umjetnosti

### Signature arhivskih skupina

D – Documenta
DV – Documenta Dalmatico-Veneta/Documenta Veneta
Privil (D – CXLVII) – Transumpta authentica privilegiorum regni Croatiae, Dalmatiae et Slavoniae

### Opće kratice

Cop. legal. – copia legalis, ovjerovljeni prijepis
Cop. simpl. – copia simplex, neovjerovljeni prijepis
Copia vid. – copia vidimata, prijepis uključen u drugu ispravu

Fragm. – fragmentum, ulomak
Latina c. – latina conscriptum
Orig. mancum – originale mancum, oštećeni original
Orig. pap. – originale papireum, original na papiru
Perg. – pergamena
s.l. – sine loco

**Kratice izdanja isprava i regesta**

MH = *Habsburški spomenici Kraljevine Hrvatske, Dalmacije i Slavonije. Monumenta Habsburgica regni Croatiae, Dalmatiae et Slavoniae*, prir. Emilij Laszowski, knj. 3 (1544.-1554.), MSHSM, sv. 40, Zagreb 1917.
MSHSM = Monumenta spectantia historiam Slavorum Meridionalium.
Stipišić-Šamšalović, Isprave = Jakov Stipišić – Miljen Šamšalović, Isprave u Arhivu Jugoslavenske akademije (Inventar), *Zbornik Historijskog Instituta Jugoslavenske akademije*, sv. 3, Zagreb 1960., str. 563-643.

## REGESTI ISPRAVA

**786. Crapinae, 21. II. 1551. (D –XXXII – 7)**

Urbanus Kreznyk de Ianynica cum uxore sua quandam terram suam arabilem Iacobo Zthrahynschak coram Matthia Sporenych (?) ac Blasio Czerowecz, iudicibus Crapinensibus vendunt. Orig. [**Šavor**]

**787. Ozal, 2. IV. 1551. (D –XXXII – 8)**

Banus Nicolaus comes de Zrynio familiarem suum Petrum Castellanffy de Zenthlelek certionem facit, se Ioannem Kwskoczy litteris invitasse, ut iobagionem Petro restitueret, quod nisi fecerit, Petrus sibi nuntiet; pro leporario cane gratis agit, alterum nigrum ei missise. Orig. [**Mayer**]
Izdanje: MH, dok. 344, str. 398.

**788. Zagrabiae, 9. IV. 1551. (D –XXXII – 9)**

Capitulum Zagrabiense Matthiae Sampwh de Fewlsewtoplychycza edit litteras, quibus testatur iuramentum a Petro Keglewych de Bwsyn, qui ab eodem Matthia violentae captivationis et rapinae accusatus praemissa facinora a se commisse esse negat, quem enuntiationem iuxta continentiam litterarum Nicolai comitis de Zrynio, bani, iuramento coram emissariis capituli Zagrabiensis 6. IV. 1551., deponendo confirmare debuerit, non depositum esse. Orig. [**Šavor**]

**789. Zagrabiae, 9. IV. 1551. (D –XXXII – 10)**

Capitulum Zagrabiense Petro Keglewych de Bwsyn, qui a Michaele Radozlaw de Mylethyncz violentae captivationis ac in carcere detentionis necnon pecuniae 100 florenorum pro liberatione ab eo vim extortae accusatus omnia ea facinore tamquam a se comissa esse negavit, quem enuntiationem iuxta continentiam litterarum Nicolai comitis de Zrynio, bani, atque compositionem cum eodem actore factam sacramento

comprobare debuerit, litteras suas testimoniales de iuramento ab eo 6. IV. 1551. coram Georgio Grangya, capituli emissario, in castro Kozthel deposito edit. Orig. [**Šavor**]

**790. Zagrabiae, 11. IV. 1551. (D –XXXII – 11)**

Capitulum Zagrabiense ius iurandum, quod Petrus Keglewych de Bwsyn eiusque filii Gaspar et Franciscus, quia Matthia Sampwh de Fewlsewthoplychycza Dorotheae, Georgii Thomassychewych uxoris, violenter captae, in carcere detentae ibique mortuae necnon rerum eius mobilium per vim ademptarum accusati iuxta continentiam litterarum adiudicatoriarum Nicolai comitis de Zrynio, bani, tamquam innocentes, sicut ipsi asserunt, coram capitulo 6. IV. vel 8. IV. praestare debuerint, datum non esse testatur. Orig. [**Šavor**]

**791. Viennae, 11. II. 1551. (D –XXXII – 12)**

Ferdinandus rex, ad petitionem Petri Keglewyth de Bwsyn, Lucae Zekel de Kewend, libero domino in Ormosd ac capitaneo regis praecipit, ut quendam Turcam captivum cum equis, quos pro redemptione aliorum quorundam captivorum Turcarum ad castrum Topowzka missos in portu fluminis Zawy sub castro Zomzedwara a servitoribus petitoris per vim abduxit, eidem restituat. Orig. [**Šavor**]

Izdanje: MH, dok. 345, str. 399.

**792. Warasdini, 11. IV. 1551. (D –XXXII – 13)**

Paulus de Rathka, vicecomes ac iudices nobilium comitatus Warasdiensis testantur iobagiones Lucae Zekel de Kewend uxorisque eius Catharinae Imreffy, qui iobagiones Petri Keglewych de Bwsyn de debitis non solutis accusaverunt, assertiones iuramento eis sententia 1. III. 1551. lata imposito non confirmasse. Par huius documenti Petro Keglewych editur. Orig. [**Juričan**]

**793. Warasdini, 13. IV. 1551. (D –XXXII – 14)**

Paulus de Rathka, comitatus Warasdiniensis iudex nobilium ad relationem Nicolai Madaraz de Iegywdowcz, iudicis, Petro Keglewych de Bwsyn litteras testimoniales de iuramento a iobagionibus ipsius contra iobagiones Lucae Zekel de Kewend, liberi domini in Ormosd eiusque uxoris Catherinae Imrheffy de Zerdahel coram dicto Nicolao in appido Krapinensi 8. IV. 1551. dato edit. Orig. [**Šavor**]

**794. Crisii, 26. IV. 1551. (D –XXXII – 15)**

Michael Dragwn de Dragwnowcz quandam suam terram arabilem in portione poseessionis Hysanowcz (comitatus Crisiensis) Petro Glybecz eiusque uxori Catherinae coram Michaele Forgach de Repyncz, comitatus Crisiensis iudice, 5 florenis Hungaricalibus vendit. Orig. [**Šavor**]

**794. Chersi, 28. IV. 1551. (DV – II – 99)**

Thadeus Grandonigo, comes et capitaneus Chersi et Ausseri, deliberationem, quae Hieronymo quondam Philippi Cucich ut ereditori possessio unius domus de bonis Catherinae Girrae, olim ancillae presbyteri Francisci Cucich, cum iure recuperadni 17. I. 1551. ad publicum incantum vendita erat, validam esse pronunciat. Latine c. Original perg. [**Marušić**]

**795. Viennae, 20. V. 1551. (D –XXXII – 16)**

Ferdinandus rex Petro de Semowcz, iudici nobilium comitatus Warasdiensis, bene merito, possessiones in Semowcz ab antiquo habitas titulo novae donationis confert. Orig. [**Juričan**]

**796. In Kanyaffelde, 15. VII. 1551. (D –XXXII – 17)**

Epistula Michealis et Ladislai Kerecheny de Kanyaffelde ad Ioannem et Barbaram Cobor Hungarice conscripta. Orig. [**Juričan**]

Izdanje: MH, dok. 346, str. 400.

**797. Zagrabiae 16. VII. 1551. vide Zagrabiae, 21. VII. 1553. (D –XXXII – 76)**

**798. Viennae, 26. VII. 1551. (D –XXXII – 18)**

Ioannes Ungnad, liber baro in Sunneckh ac capitaneus regius, capitulum Zagrabiense adhortatur, ut quendam canonicum ad quoddam regis mandatum exequendum Warasdinum mittat. Orig. [**Šavor**]

Izdanje: MH, dok. 348, str. 401-402.

**799. Zagrabiae, 29. VII. 1551. (D –XXXII – 19)**

Capitulum Zagrabiense litteris Ferdinandi regis Viennae 20. V. 1551. datis iussum, testatur Petrum de Semowcz in dominium bonorum in Semowcz ab antiquo possessorum titulo novae donationis 14. VI. 1551. nemine contradicente introductum esse. Orig. [**Juričan**]

**800. Nagh Thabor, 29. VI. 1551. (D –XXXII – 20)**

Ioannes Ungnad, liber dominus in Zonnek ac comitates Warasdiniensis comes, Ioanni et Lodovico de Zabok, Ioanni de Pwhakowcz, Stephano Bwsanych de Rathkowcz aliisque quibusdam ad rogatum Francisci de Gregwrowcz mandat, ne se in causa cuiusdam terrae arabilis ac foenilis a petitore arcessiti (?) a mera veritate vicenda, sub poena 16 marcharum, abstrahant. Orig. [**Šavor**]

**801. Viennae, 7. VII. 1551. (D –XXXVIII – 15)**

Ferdinandus rex Mathiam, episcopum Georgium Gereztinczi, praepositum Chasmensem, et Michaelem de Rawen, prothonotarium in causa Petri Keglewych de Bwsyn eiusque filii Francisci, abbatis de Thopuska, quos praediales dictae abbatiae de mulits violentis accusaverunt, suos commissarios nominat et mandat eis, ut cum adiunctis 2 canonicis Zagrabiensibus omnia negotia et causas inter quaerulantes ortas diiudicent. Cop. simpl. [**Juričan**]

**802. Posonii, 8. VII. 1551. (D –XXXVIII – 16)**

Franciscus de Ulak, episcopus Iaurinensis et locumtenens necnon in causa inter Franciscum Keglewych de Bwsyn, abbatum de Topuzka, eiusque patrem Petrum, ut reos atque nobiles praediales abbatie de Topuzka ut actores iudex commissarius deputatus, omnes utriusque partis differentias et lites ob magnum periculum a Turcis imminens ad terminum 8. IX. differt cum additamento, ne rei actoribus ad eundem

terminum ullas iniurias damneque inferant, e converso autem iidem actores reis census debitosque proventus persolvere debeant. Cop. [**Šavor**]

**803. Zagrabiae, 2. VIII. 1551. (D –XVI – 70)**

Capitulum ecclesiae Zagrabiensis Mathiae Lychkowych de Dolecz 2. VIII. 1551. edit transsumptas litteras Martini de Frangapanibus, Segniae Weglae Modrussaeque comitis, in castro Ottochacz 3. II. 1479. datas, quibus Mixae Lychkowych, pro officiis – praecipue in pugna in campo Rygomezew alio nomine Kozowopolye Iohanne de Hwnyad Hungariae gubernatore duce dominum Martinum strenue defendendo – praestitis possessionis Dolecz et Gradecz in districtu castri Zthenychnyak sitas dono dedit. Orig. perg. [**Mayer**]

Za ispravu od 3. II. 1479. vidi Stipišić – Šamšalović, Isprave, dok. 2883, str. 623.

**804. Zagrabiae, 5. VIII. 1551. (D –XXXII – 21)**

Capitulum Zagrabiense litteris Nicolai comitis de Zrynio, bani, ad petitionem Francisci ac Ladislai de Iarnyewych de Ostrosyn, qui Iohannem Hwdych eiusque uxorem Veronicam necnon Wolfgangum Catharinae Francisci Pekry viduae filium et Bartholomeum Ielachych, castellanum, direptionis bonorum ac maleficii in possessione Ostrosyn commissi necnon iniuste occupationis 10 sessionum in possessionibus Kwcharo et Hagyarych (comitatus Zagrabiensis) accusaverunt, in Ormosd 28. VII. 1551. datis iussum reos 31. VII. 1551. in ius vocavit rationem praemissorum facinorum reddituros, de qua vocatione eundem banum certiorem fecit. Orig. [**Šavor**]

**805. Zagrabiae, 10. VIII. 1551. (D –XXXII – 22)**

Capitulum Scepusiense, a Ferdinando rege litteris Posonii 30. VI. 1551. datis iussum, Gasparem de Orchowcz, castellanum castri Lykawa (comitatus Lypthowiensis), in dominium duarum sessionum in possessione Thepla (eodem comitatus), quas ei Ludovicus Pewkry de Pethrowyna dono dedit, 26. VII. 1551. nemine contradicente introducit. Orig. [**Mayer**]

**806. Viennae, 13. VIII. 1551. (D –XXXII – 23)**

Ferdinandus rex ad rogatum Petri de Semowcz, iudicem nobilium comitatus Warasdiensis confirmat littera:
1° a se Viennae 20. V. 1551. datas, quibus rex Petro de Semowcz omnes possessiones in Semowcz ab eius maioribus ab antiquo possessas titulo novae donationis confert;
2° a capitulo Zagrabiensi datas, quod litteris Ferdinandi regis Viennae 20. V. 1551. datis iussum, regi 29. VI. 1551. nuntiat Petrum de Semowcz in dominium bonorum in Semowcz 14. VI. 1551. nemine contradicente introductum esse. Orig. manc. [**Juričan**]

**807. Viennae, 9. IX. 1551. (D –XXXII – 27)**

Ferdinandus rex Gasparum Orehoczy, castellanum arcis Lybawa (r), qui secundum sententiam Francisci de Rewa, locumtenentis palatinalis, arcem Lybawa (r) ad manus regis dedit, expeditum reddit. Orig. [**Juričan**]

Izdanje: MH, dok. 355, str. 408.

**808. Zagrabiae, 12. IX. 1551. (D –XXXII – 24)**

Capitulum Zagrabiense ius iurandum, quod Petrus Keglewych de Bwsyn eiusque filius Georgius, qui a Matthia Sampwch de Fewlsewthoplychycza sui in carcere Chakthornya detenti necnon rerum mobilium per vim ademptarum accusati iuxta continentiam litterarum adiudicatoriarum Nicolai comitis de Zrynio, bani, tamquam innocentes, sicut ipsi asserunt, coram capitulo Zagrabiensi praestare debuerint, a Petro non datum, a Georgio vero 9. IV. 1551. datum esse testatur. Orig. [**Šavor**]

**809. Zagrabiae, 16. IX. 1551. (D –XXXII – 25)**

Ferdinandus rex Ioanni Ungnad, libero baroni in Sonnegkh ac capitaneo regio, et Paulo de Rathka, comitatus Warasdiniensis vicecomiti, praecipit, ut Barnabam de Woglowcz eiusque filios, necnon Martinum, Georgium, Antonium, Lucam, Valentinum, Demetrium, Michaelem ac Anastasiam et Agatham de eadem Woglowcz, sorores eorum, simul cum curia sive sessione nobilitari Woglowcz (comitatus Warasdiensi) contra quoslibet illegitimos impetitores tueantur. Orig. [**Šavor**]

Izdanje: MH, dok. 352, str. 405-406.

**810. Zagrabiae, 19. IX. 1551. (D –XXXII – 26)**

Mathias episcopus Thininiensis Petro Keglyewych de Bwsyn nuntiat, quas litteras, quae causam Crisii motam et ante regem expositam tangunt, acceperit. Orig. [**Mayer**]

Izdanje: MH, dok. 353, str. 406.-407.

**811. Zagrabiae, 21. IX. 1551. vide Zagrabiae, 22. VII. 1553. (DXXXII – 77)**

**812. Warasdini, 23. IX. 1551. – 16. XI. 1551. (D –XXXII – 28)**

Paulus de Rathka vicecomes ac iudices nobilium comitatus Waradiniensis testantur: 1° ex inquisitione ad rogatum Petri Kastellanffy de Zenthlelek eiusque uxoris Annae Bradach 18. X. 1551. facta apparere Elenam Pewkry de Petrowyna, viduam Emerici Bradach de Ladomercz, eiusque filios Stephanum et Nicolaum fugitivum iobagionem Petrum Ianchechewycz exponentibus restituere nolle, 2° propterea eos 11. XI. e. a. in ius vocatos esse. Orig. [**Mayer**]

**813. Warasdini, 16. XI. 1551. (D –XXXII – 29)**

In documneto sub numero 28 huius voluminis binae litterae simul datae sunt; alterae hic seorsum extant. Orig. [**Mayer**]

**814. Crisii, 19. XI. 1551. (D –XXXII – 30)**

Ursula, cuiusdem nobilis Czwbak de Czwbakowcz viduae, portionem suam in possessione Isanowcz (comitatus Crisiensis) cum curia Petro Glybecz de Isanowcz eiusque uxori Katherinae coram Michaele Forgach de Repynecz, comitatus Crisiensis, 5 florenis Hungaricalibus vendit. Orig. [**Šavor**]

**815. Iaztrebarzkae, dies et mensis non memorantur 1551. (D –XXXI – 132)**

Leonardus Berletych de Rascha vineam in promonthorio Prudinszky verh Paulo Gunchych de Lipovechka florenis 6 denaris 30 coram Martino Lubetych de Ryka, iudice provinciae castri Iaztrebarzka, et ceteris civibus et testibus vendit. Cop. simpl. [**Juričan**]

**816. Venetiis, 14. I. 1552. (DV – II – 100)**

Franciscus Donato, dux Venetiarum, Antonio Ciurano comiti et Paulo Iustiniano capitaneo Iadrae mandat, ut partem positam et captam in consilio civitatis Iadrae die 9. I. de cassanda parte in ipso consilio posita et capta sub die 27. XII. de filiis nobilium, quorum matrimonio cum uxoribus suis copulati erant, atque in consilio X confirmatam observare et exsequi debeant. Latine c. Original perg. [**Marušić**]

**817. Zagrabiae, 1551. – 1556. (D – XVII – 91)**

Capitulum ecclesiae Zagrabiensis, a bano Nicolao comite prepetuo de Zrynio litteris in Sthenychnyak 8. IV. 1551. datis rogatum. Veronicae uxori Iohannis Hwdych, ex Ladislao Bewenywd prognatae, edit paria suarum litterarum 18. XII. 1483. datarum in sacristia et conservatorio ecclesiae asservanto in dominium castrorum Zkrad et Ostrosin 29. XI. 1483. introductos essse. Orig. pap. fragm. [**Mayer**]

Za ispravu od 14. XII. 1482. vidi Stipišić – Šamšalović, Isprave, dok. 2981, str. 631.

**818. Warasdini, 9. II. 1552. (D –XXXII – 31)**

Paulus de Rathka, comitatus Waradiniensis iudex, ad relationem Stephani litterati de Feyerkew, iudicis, Elenae Pewkry litteras de Barbara, quondam Ioannis Mwsych vidua, dictae Elenae iobagionissa, quae se propter inopiam in domu Gregorii Mwsych, Margaretae, eiusdem Elenae filiae, iobagionis collocaverat, exempta, atque ab eadem Margareta matri reddenda testimoniales edit. Orig. [**Šavor**]

**819. In Monte Grecensi Zagrabiensi, 10. II. 1552. (D –XXXII – 32)**

Iudex iurati et communitas civitatis Montis Grecensis Zagrabiensis Mattheum litteratum Zalathnoky ad regem mittunt et ut verum suum oratorem commendant. Orig. [**Juričan**]

Izdanje: MH, dok. 361, str. 416.

**820. Zagrabiae, 14. II. 1552. (D –XXXII – 33)**

Ursula, uxor Andreae de Kralyocz sub Medwe et filia Mathiae Pogachich de Kobilych sessionem suam iobagionalem in Kobilych et alias terras suas in districtu Lokawcz Valentino Diankovich de Kobilych eius que fratribus et consanguineis 40 florenis coram capitulo Zagrabiensi vendit. Copia simpl. [**Juričan**]

**821. Zagrabiae, 20. II. 1552. (D –XXXII – 34)**

Capitulum Zagrabiense, a bano Nicolao comite de Zrynio litteris in Ormosd 20. XII. 1551. datis iussum, Ioannem Hoyzych in dominium villae Gradecz (comitatus Zagrabiensis) 5. II. 1552. nemine contradicente introducit. Copia vid. [**Mayer**]

**822. Warasidni, 17. III. 1552. (D –XXXII – 35)**

Ex inquisitione, quam Nicolaus de [Ma]rigolthowcz, iudex a Paulo de Rathka, comitatus Waradiniensis iudice, ad petitionem Petri Keglewyth da Bwsyn destinatus 12. III. 1552. fecit spanum petitoris in oppido Krapina cum quodam iobagione a servitoribus Stephani Bwzanych de Rathkowcz, huius mandatu, necatum domumque eius spoliatam esse constat. Orig. [**Šavor**]

**824. Posonii, 22. III. 1552. (D –XXXII – 36)**

Ferdinandus rex Benedictum Pethew de Gerse monet, ut privilegia nobilium de Woglowcz colat, ab eis nullas executiones excepto censu festorum beatorum Martini et Georgii exigat, quod ab antiquo ab aliis servitiis et solutionibus exempti sint; praecipit ei, ut exponentes non ut rusticos sed ut nobiles tractet, a persecutionibus cesset, tam damna et violentias quam verberationem et mortem eis illatas quoad plenum contentet. Orig. [**Juričan**]

Izdanje: MH, dok. 363, str. 417.

**825. Posonii, 25. III. 1552. (D –XXXII – 37)**

Ioannes Horwath, Suselych dictus, de Lwkarych, coram Nicolao comite de Zrynio, bano, possessionem suam Grabarya, in districtu Zagorie, in Stephanum Bwsanych de Rathkowcz ac Ioannem Forchych de Zothezka confert hac conditione, ut ipsi tamdiu, dones ipse aut fratres eius eandem possessionem a manibus eorum amoverint, tamquam legitimi tutores agere possint. Orig. [**Šavor**]

Izdanje: MH, dok. 366, str. 420.

**826. Posonii, 31. III. 1552. (D –XXXII – 38)**

Franciscus ab Wylak, episcopus Iaurinensis et locumtenens regius Ioanni et Simeoni Horwath alias Swsselych de Lwkarych possessionem Grabarye in districtu Zegerye (!), comitatus Warasdiensi, titulo novae donationis confert. Orig. [**Juričan**]

Izdanje: MH, dok. 366, str. 420.

**827. Posonii, 5. IV. 1552. (D –XXXII – 39)**

Franciscus de Wylak, episcopus Iauriensis ac Ferdinandi regis locumtenens, Lucam Zekel de Kewend, liberum dominum in Ormosd ac capitaneum regium, qui a Petro Keglewych de Bwsyn violentae interceptionis cuiusdem (r) Turcae ac suorum equorum Turcalium accusatus est, cuius rei in causam coram Mathia episcopo, commissario regio, motam accusatus morbo podagrae correptus venire non potuit, adhortatur, ut 24. IV. coram se compareat iudicium recepturus. Orig. [**Šavor**]

**828. Posonii, 5. IV. 1552. (D –XXXII – 40)**

Franciscus de Wylak, episcopus Iaurinensis ac Ferdinandi regis locumtenens, Lucae Zekel de Kewend, libero domino in Ormosd et capitaneo regio, quem Petrus Keglewych de Bwsyn cuiusdam Turcae captivi et duorum equorum per vim arreptorum accusavit, praecipit, ut in hac actione, cuius revisionem rex Matthiae, episcopo Tininiensi faciendam curavit, ob morbum actoris non habita, Posonii coram se compareat iudicium recepturus. Orig. [**Šavor**]

Izdanje: MH, dok. 367, str. 420.

**829. Posonii, 5. IV. 1552. (D –XXXII – 41)**

Franciscus ab Wylak, episcopus et comes Iaurinensis ac locumtenens regius capitulo Zagrabiensi litteras mittit, quas Lucae Zekel de Kewend et regio capitaneo tradat, et mandat, ut quidquid Lucas in negotio contra Petrum Keglewych de Bwsyn egerit vel res ponderit, sibi nuntiet. Orig. [**Juričan**]

**830. Zagrabiae, 3. V. 1552. (D –XXXI – 133)**

Capitulum Zagrabiense ad rogatum Petri Keglewych de Bwsyn eiusque filii Francisci, abbatis de Thopozka, in Latinum vertit et confirmat litteras glagolice 28. X. 1549. conscriptas, quibus Gregorius Zathnyk spanus monasterii B. M. V. de Thopozka, testatur 4 electos arbitros metas possesionum Christophori Sysynachky et nobilium provinciae Superioris Berkysewyna deambulavisse et unionem inter partes fecisse. Orig. [**Juričan**]

**831. Ormosd, 4. V. 1552. (D –XXXII – 42)**

Nicolaus comes de Zrynio, banus, ad rogatum Ladislai, quondam Ioannis Castellanffy de Zenthlelek filii, comitem ac iudices comitatuum Crisiensis ac Zagrabiensis adhortatur, ut portiones aliasque quaslibet res mobiles, tempore divisionis bonoruam dicti Ioannis inter Barbaram viduam eiusque filium Christophorum ab una et Ladislai ac Petrum, Ioannis filios, ab altera parte factae, petitori cessas vel cedendas Christophoro demant atque Ladislao et Petro restituant. Orig. [**Šavor**]

**832. Zagrabiae, 8. V. 1552. (D –XXXII – 43)**

Gaspar Mernyawchych de Brezowycza divisionem bonorum, quae inter eum eiusque fratrem Franciscum necnon sororem Dorotheam, Ambrosii litterati de Gregoryancz uxorem, coram capitulo Zagrabiensi facta est, ex persuasione quorundam malestorum (?) ab eo revocatam coram eodem capitulo tamquam iuste ac legitime celebratam confirmat et accepit. Orig. [**Šavor**]

**833. Wynychae, 9. V. 1552. (D –XXXII – 44)**

Franciscus de Batthyan Petro Castellanffy de Zenthlelek scribit, ut petat licentiam a bano, quomodo revisione militum peracta una cum fratre ad se veniat. Orig. [**Juričan**]

Izdanje: MH, dok. 369, str. 422.

**834. Zagrabiae, 18. V. 1552. (D –XXXII – 45)**

Capitulum Zagrabiense litteris Francisci ab Wylak, episcopi et comitis Iauriensis ac locumtenentis regii, Posonii 31. III. 1552. datis iussum, testatur Ioannem et Simonem Horwath alias Susselych de Lukarych in dominium possessionis Grabarye in comitatus Warasdiensi et in districtu Zagerye (!) titulo novae donationis 2. V. 1552. nemine contradicente introductos esse. Orig. [**Juričan**]

**835. Posonii, 26. V. 1552. (D –XXXII – 46)**

Georgius Keglewych de Bwsyn Petro, patri suo, de quoddam negotio cum Luca Zekel in iudicio coram locumtenente moto ac prorogato necnon nunc definiendo, deinde de morbo Gasparis fratris, qui item Posonii est, et qui doctoris consilio ad castrum Kozthel descensurus est, itemque de litteris, quae abbatiam attinent quarumque paria accepit, scribit. Orig. [**Šavor**]

Izdanje: MH, dok. 371, str. 423.-424

**836. Nova curiae, 30. V. 1552. (D –XXXII – 47)**

Nicolaus comes de Zrynio, banus, Petro Keglewych de Bwsyn nuntiat Bassam Boznensem copias ad Hlewachky coegisse, bellica instrumenta in Gradyschye Rewa navibus imposuisse atque aut Zyzerk aut Koztanyczam aut Hoztylowynam obsidere velle. Consilium dat, ut paratus sit. Orig. [**Juričan**]

Izdanje: MH, dok. 372, str. 425.

**837. Posonii, 30. V. 1552. (D –XXXII – 48)**

Caspar Keglewych de Bwsyn fratri Mattheo nuntiat se diu aegrotum fuisse et nunc sanum iam ex Lynz Posonium venisse quaedam nova, iam patri nuntiata se scribere non audere. Se iam redire velle, sed si pater velit, in curia mansurum esse. Rogat dein, ut sibi vestes ex Kozthel mittat. Orig. [**Juričan**]

Izdanje: MH, dok. 373, str. 425-426.

**838. In civitate Montis Grecensis, 5. VI. 1552. (D –XXXII – 49)**

Franciscus, Vincentii litterati de Gregwroncz filius, suo ac fratris sui Vicentii nomine Ioannem, Gregorii de eadem Gregwrowcz filium coram Nicolao comite de Zrinio, bano, ab extractione quarundam litterarum expeditoriarum, conventus autem aliaque loca credibilia ab emanatione earundem inhibet easque, si forte emanatae sint, revocat ac reprimat. Orig. [**Šavor**]

**839. Posonii, 15. VI. 1552. (D –XXXII – 50)**

Franciscus ab Wylak, episcopus Iauriensis ac Ferdinandi regis locumtenens, Mattheo litterato Zalathnoky aliter Huthynzky eiusque heredibus curiam nobilitarem quondam Bartholomei Wochych de Korylowcz simul cum omnibus portionibus in possessionibus Korylowcz, Kwssancz ac Thernowcz (comitatus Zagrabiensis), quae per mortem et ob defectum seminis masculini sexus dicti Bartholomei ad regem devolutae sunt, donat. Orig. [**Šavor**]

**840. Zagrabiae, 13. VII. 1552. (D –XXXII – 51)[1]**

Capitulum Zagrabiense Francisco ab Wylak, episcopo Iauriensi et locumtenenti regio, nuntiat Petrum Keglewych de Bwsyn, qui Lucam Zekel de Kewend interceptionis cuiusdam Turcae captivi et duorum equorum reum fecit, 7. VII. e. a. in novum iudicium, quod Lucas ab iudice curaie Thoma de Nadasd huius litteris ad capitulum idem in Ormosd 5. VII. 1552. datis impetravit, coram locumtenente regio evocatum esse. Orig. [**Mayer**]

**841. Zagrabiae, 13. VII. 1552. (D –XXXII – 52)**

Par documenti sub numero 52 in hoc volumine asservati. Orig. [**Mayer**]

**842. Viennae, 10. VIII. 1552. (D –XXXII – 53)**

Maximilianus, rex Bohemiae, Paulo Isthwanffy de Kysazzonffalwa et Ioanni Desewffy, consiliariis regiis praecipit, ut una cum statibus et ordinibus comitatuum in Tyrnavia conventuris omnia necessatria tractent, quomodo arx Lewa defendi possit. Orig. [**Juričan**]

1 U regestu je naveden datum 10. VII. 1552.

**843. S. l., 24. VIII. 1552. (D –XXXII – 54)**

Nicolaus Bradach de Ladomercz Lucam Zekel de Kewend, liberum dominum in Ormosd, regium capitaneum in Scalvonia, certionem facit novem Valachos Marthalos, ab haramiis heri captos dicere exercitum Turcarum, qui nunc regnum invadit, ab eorum imperatore Zyzeck et Zagrabiam capere iussum esse. Orig. [**Mayer**]
Izdanje: MH, dok. 377, str. 428-429.

**844. Crisii, 28. VIII. 1552. (D –XXXII – 55)**

Nicholaus Radich (?) [Lucae] Zekel de Kewend, capitaneo, nuntiat Malkwzwegum mox cum 1500 militibus ad futurum esse; Bassam Boznensem cum copiis Malkwchbegii penes Thernawam consedisse Wlabassam pro certo in Posgawar esse et in Velyka bombardas posuisse. Imperatorem Turcarum Wlakam misisse, qui eis praeciperet, ut Zagrabiam expugnarent aut se laquo suspenderent; eis 7 Zangyakoss cum multis Ianycharis ab imperatore auxilio missos esse. Rogat [Lucam], ut sibi copias mittat, quibus Malkochbego resistere possit. Orig. [**Juričan**]

**845. Rokonok, 6. IX. 1552. (D –XXXII – 56)**

Nicolaus comes de Zrynio, banus, Ioannem Lonzowych (?) Segniensem et Hwzkokorum capitam eum de conatu Turcarum certiorem facit et rogat eum, ut copiis et Carniola, Charinthia et Stiria arcessitis et cum sui coniunctis hosti resistat et a finibus regni arceat. Orig. [**Juričan**]

**846. Viennae, 20. IX. 1552. (D –XXXII – 57)**

Epistula Gasparis Keglevich de Busyn ad Georgium fratrem maiorem data, qua ei nuntiat regem litteris quibusdam contentum non esse neque Georgium ex capitaneatu domini Rattkay usque ad novam expeditionem in Hungariam excipere velle. Orig. **[Mayer]**
Izdanje: MH, dok. 381, str. 431-432.

**847. Sine loco, dato, scriptore et titulo, 26. X. (?) 1552. (D –XXXII – 58)**

Pagina cum relationibus de Turcis: ex eis apparet Bassam Boznensem in Thornawa, Malkochbegum in Bachyn dol, Ulamam vero in Posgawar esse, copias, bellica instrumenta et pecora modique parare, ut Zyzek et postea etiam Zagrabiam obsideant; cum autem his temporibus instrumenta bellica vehi non possint, forsitan fieri, ut, ad campum Warasdiensem aut Zagrabiam versus excurrunt. Malkochbegum maxime instare, ut in Croatiam proficiscantur. Caesarem Turcarum nulla maiora subsidia misisse. Exploratorem suum, hominem fidedignum vita prolium suorum iuravisse Turcas hoc mense in cursionem facturos esse. Orig. [**Juričan**]

**848. Warasdini, 5. X. 1552. (D –XXXII – 59)**

Nicolaus comes de Zrinio, banus, Iacobo Zamberg de Stain, locumtenenti in Carniola de Fermino respondet, quando iussu regio domini Stiriae et banus convenire possint. Se Ioanni Lencowitsch, capitaneo Segniensi nuntiavisse tres vicinos Turcarum Bassas salicet Bosnensnem, Wlamam et Malkwchbegum paratos esse, ut brevi Sclavoniam invadant. Quod etiam factum est 3 octobris 3 enim bassas irruisse et campum Warasdinensem usque ad arcem Winyczam depopulatos esse. Se "cum

omnibus stipendiatiis gentibus" Crisio festinavisse et copias sua cum copiis Lucae Zekel coniunxisse et hostem profligasse. Banus rogat, ut locumtenens insurrectionem peteat (r) et sibi auxilio veniat, ut communem hostem viribus coniunctis expellant. Orig. [**Juričan**]

Izdanje: MH, dok. 386, str. 437-438.

**849. Ormosd, 10. X. 1552. (D –XXXII – 60)**

Nicolaus Balsa, quondam Mathiae filius, Wladizlawu vero Balsa, Sancti Sabae ducis pronepos, castrum suum Kyskemlek (comitatus Crisiensis) Iohanni Gezthy de Zenthlewryncz 300 florenis Hungaricalibus et 100 tallaris coram Nicolao comite de Zrynio, bano, vendit. Cop. [**Šavor**]

**850. Ormosd, 10. X. 1552. (D –XXXII – 61)**

Nicolaus Balsa, filius quondam Mathiae, pronepos Wladizlawi Balsa, ducis Sanctae Sabae, castrum suum Kiskemlek (comitatus Crisiensis) cum oppido Reka et omnibus pertinenciis Ioanni Gezthy de Zenth Leörincz coram Nicolao comite de Zrinyo, bano, 300 florenis Hungaricalibus et 100 talleris vendit. Orig. [**Šavor**]

**851. S. l., 14. X. 1552. (D – XXXVIII – 17)**

Mala copia cuiusdam documenti, in quo da aliquo Leonardo Ciconia, comite, et fratribus monasterii Sancti Bernardi necnon de magno altari eiusdem Sancti illuminando atque 205 florenis cum obligavire missae in die animae celebrandae datis agitur. Orig. [**Šavor**]

**852. 1552. (D –XXXII – 62)**

Georgius Heressyntzy, praepositus Chasmensis et gubernator, episcopatus Zagrabiensis, tristem statum episcopatus bano Nicolao de Zrynio et capitaneo Lucae Zekel exponit: magnam partem vastatam vel a Turcis occupatam esse, colonos captos, alios diffugisse, reliqua fortalicia armis et praesidiis egere, civitatem ipsam Zagrabiam in summo periculo versari; propterea opem ferant, "nam ipsis amissis actum erit de reliquiis regni huius miserrimi." Orig. [**Mayer**]

Izdanje: MH, dok. 394, str. 449-450.

**853. Gracz, 17. I. 1553. (D –XXXII – 63)**

Ferdinandus rex ad petitionem Barnabae et Lucae de Woglowcz eorumque filiorum, qui a Benedicto Pethew de Gerse e domibus eorum biennium iam expulsi graves persecutiones ab eodem petiuntur, Nicolao comiti de Zrynio, bano, praecipit, ut Benedictum ad brevem terminum in iudicium evocet ac si, cognitis allegationibus et responsio utiusque partis, petitores eietos et oppressos esse comparerit, eos in bona eorum restituat et in illis defendat damnaque illata expleri curet. Orig. [**Šavor**]

Izdanje: MH, dok. 395, str. 450-451.

**854. Warasdini, 11. III. 1553. (D –XXXII – 64)**

Nicolaus Marygtleh de Marygolthowcz, iudex, a Paulo de Rathka, comitatus Warasdiensis iudice ad petitionem Petri Kelgewych de Bwsyn iussus Georgium Polychanyn eiusque uxorem Cristinam Pewkry de Pethrowyna in possessione eorum

Zlathar 6. III. admonuit, ut in causa quorundam iuramentorum deponendorum aliorumque negotiorum ad obiecta petitoris in iudicio existentium coram iudicibus Warasdini comparerent iustitiam recepturi. Orig. [**Šavor**]

**855. Warasdini, 22. III. 1553. (D –XXXII – 65)**

Paulus de Rathka, comitatus Warasdiniensis iudex, ad relationem Stephani litterati de Feyrkew, qui ad petitionem Petri Keglewych de Bwsyn a dicto iudice destinatus Emericus Sotrych et Valentinum Galekoych, iobagiones Georgii Polychanym eiusque uxoris a iure iurando contra quosdam petitoris iobagiones dando prohibuit, quia quaedam iuris revisio no voluntate ipsius petitoris in castello Zwtezka facta esset litteras testimoniales de ea prohibitione dicto Petro edit. Orig. [**Šavor**]

**856. Warasdini, 25. III. 1553. (D –XXXII – 66)**

Ex inquisitione, quam Stephanus litteratus de Feyerkew, iudex, a Paulo de Rathka, comitatus Waradiniensis iudice, ad petitionem Petri Keglewych de Bwsyn destinatus 20. III. 1553. fecit, duos iobagiones petitoris in oppido Krapyna a Stephano Bwsanych de Rathkowcz, castellano in castro Krapyna, quod est Lucae Zekel de Kewend eiusque uxoris Catherinae Imrehffy de Zerdahel, letariter vulneratos esse constat. Orig. [**Šavor**]

**857. Iasztrebarszka, 11. IV. 1553. (D –XXXII – 67)**

Petrus Erdeody de Monyorokerek coram Francisco Schitaroczy iudice nobilium Zagrabiensi, fatetur oppidanos oppidi Iaszkae sibi ad suas preces ligna subministrasse pro exurendis lateribus in fornace lateritia; ne ex eo praeiudicium oppidanis existat, iudici oppidi has litteras edit. Copia vid. [**Mayer**]

**858. Warasdini, 14. IV. 1553. (D –XXXII – 68)**

Paulus de Rathka vicecomes ac iudices nobilium comitatus Warasdinensis testantur ex inquisitione ad rogatum Francisci Gregwroczy de Gregwrowcz facta apparere Ioannem Gregwroczy quandam silvam Francisici Rebercza aliter Zalwoy vocatam vi occupasse. Orig. [**Mayer**]

**859. Zagrabiae 14. IV. 1553. vide Zagrabiae, 20. VII. 1553. (D –XXXII – 75)**

**860. Zagrabiae, 16. VI. 1553. (D –XXXI – 134)**

Nicolaus comes de Zrynio, banus, in causa Petri Keglewych de Bwsyn contra Lucam Zekel de Kewen uxoremque eius Catherinam et sororem eius Catherinam, de vi iobagionibus exponentis illata accusatos, reis par litterarum, quibus capitulum Zagrabiense bano 21. I. 1551. respondet reos 16. I. 1551. ammonitos et in ius banale evocatos esse, edit. Orig. [**Juričan**]

**861. Warasdini, 5. V. 1553. (D –XXXII – 69)**

Ioannes Ungnad, comes comitatus Waradinensis, unumquemque, qui in causa de vinea et silva quandam in promontorio Zalwbynnyak inter Franciscum et Ioannem utrumque de Gregwrowcz requisitus sit, verum dicere iubet. Orig. [**Mayer**]

**862. Lwkawecz, 6. V. 1553. (Frg – CIIL – 16)**

Causa de fenetis castri Bela, de quibus iam anno 1539. compromissum initum est, ab arbitris ad banum transmittitur.
A tergo 24. VI. 1553. "propter presentia disturbia rumoresque adventantium hostium" causa prorogatur. Ultima pars orginalis. **[nepotpisan]**

**863. Warasdini, 14. V. 1553. (D –XXXII – 70)**

Paulus de Rathka, vicecomes ac iudices nobilium comitatus Waradiensis testantur ex inquisitone ad rogatum Francisci Gregwroczy, qui Ioannem Gregworczy de usurpatione silvae et vinae exponentis in promonthorio Zelwbynyak accusavit, 9. IV. 1553. facta, apparere querelam veram esse.
Ex 3 notis a tergo appositis de administratione iuridica. Orig. [**Juričan**]

**864. Warasdini, 24. V. 1553. (D –XXXII – 71)**

Paulus de Rathka, vicecomes ac iudices nobilium comitatus Warasdiensis Benedictum Pethew de Gerse a Laurentio et Luca de Woglowcz tam de violenta invasione curarum, quam de ablatione rerum et usurpatione bonorum exponentium accusatum, 19. V. 1553., ammonitum et in ius Waradinum evocatum esse, testantur. Orig. [**Juričan**]

**865. Warasdini, 26. V. 1553. (D –XXXII – 72)**

Paulus de Rathka, vicecomes ac iudices nobilium comitatus Warasdiensis testantur 1° ex inquisitione ad rogatum Francisci de Gregwrowcz, qui Iohannem de Gregwrowcz, quod Ioannem servitorem Mathei Felipay, iobagionis in posessione exponentis in Thoplycza Crapinensi, apud pecora pascentem verberaverat, accusavit, 9. IV. 1553. facta, apparere querelam veram esse; 2° Ioannem de Gregwrowcz ab eodem exponente accusatum, quod ei signa metarum concidit, saepturas in possessione Rebercza destruxit vineam et silvam in Zelwbynyak occupavit et frumentum Marthynkoni, iobagioni exponentis in Kozynyak eripuit, 22. V. 1553. ammonitum et in ius Warasdinum evocatum esse. Orig. [**Juričan**]

**866. Warasdini, 28. V. 1553. (D –XXXII – 73)**

Paulus de Rathka vicecomes ac iudices nobilium comitatus Warasdinensis testantur ad rogatum Francisci Gregwroczy Ioannem Gregwroczy ammonitum esse, ut si quis colonorum vel servitorum Francisci cuipiam homini Ioannis damnum intulisset, eum iuri statueret. Orig. [**Mayer**]

**867. Zagrabiae 15. VII. 1553. vide Zagrabiae, 20. VII. 1553. (D –XXXII – 74)**

**868. Zagrabiae, 17. VII. 1553. (D –XXXI – 135)**

Nicolaus comes de Zrynio in causa Petri Keglewych de Bwsyn, qui Lucam Zekel de Kewend, liberum dominum in Ormosd uxoremque eius Catherinam Imreffy de Zerdahel tam de vi et rapina quam de nece a servitotibus eorum quibusdam iobagionibus exponentis in possessionibus et pertineniis castri Kozthel illata accusavit et quos capitulum Zagrabiense, litteris bani in Ormosd 23. XII. 1550. datis iussum 16. I. 1551. ammonuit et in ius banale evocavit, ut e litteris Capituli Zagrabiensis 21. I. 1551. colligitur, par litterarum reis edit. Orig. [**Juričan**]

**869. Zagrabiae, 17. VII. 1553. (D –XXXI – 136)**

Nicolaus comes de Zrinio, banus, in causa inter Martham Matthiae Sempwh de Felsewthoplychycza vidaum, eiusque filiam Susanam actrices atque Franciscum Keglewych de Bwsyn, abbatem de Thopwzka reum, coram bano de rebus quondam Dorotheae, Georgii Thomassychewych uxoris, quae in castro Blynye in vincula coniecta mortem obiit, a Petro atque Gaspare Keglewych de Bwsyn per vim ademptis mota, edit ad rogatum rei par litterarum capituli Zagrabiensis de 14. IV. 1551., quibus testimonio a Gaspare et Francisco coram capitulo dato ipsi rei in praemissa actione innocentes sint, quod tamen iure iurando saucire noluissent, atque litterarum Nicolai comitis de Zrinio, bani, de 11. VII. 1553. de declaratione Marthae viduae coram bano data, quibus ipsa in omnibus susis causis Ambrosium litteratum de Gregoryancz, Nicolaum et Michaelem de Mylethyncz, Petrum Tharrody (!) de Zechewd, Ioannem de Iwancz aliosque quosdam veros suos ac legitimos procuratores dicit, itemque litterarum eiusdem bani de 11. VII. 1553. de litteris revisionalibus Susannae, praefatae Marthae filiae, datis. Orig. [**Šavor**]

**870. Zagrabiae, 19. VII. 1553. (D –XXXI – 137)**

Nicolaus comes de Zrynio, banus, in causa inter Ioannem Belowarczy ut actorem ac Ioannem Ghezthy ut reum de quibusdam litteris possessionariis quondam Stephani, Thomae de Rokonok filii, coram bano mota, ad rogatum accusati edit par litterarum capituli Chasmensis de 22. VII. 1550., quibus idem litteris eiusdem bani Zagrabiae 8. 6. 1550. datis iussum Ludowicum Pewkry et Wolfgangum Zempchey ac Elizabeth, Ludowici de Peker senioris viduam admonuit, ut praemissis litteris exhibitis termino certo coram bano comparerent. Orig. [**Šavor**]

**871. Zagrabiae, 20. VII. 1553. (D –XXXII – 74)**

Nicolaus comes de Zrinio, banus, in causa inter Christophorum de Praschowcz ut actorem et Ioannem Alapi de Nagykemlek, Ioannem Gezty de Zenthleworyncz ac Georgium Polychanyn de Polycha ut in causam atractos, ad horum rogatum, edit parina litterarum capituli Zagrabiensis de 15. VII. 1553., quibus idem litteris bani in Ormosd 5. VII. 1553. datis iussum memoratos reos, qui possessionis vel fortalicii Sabnycza Zenthtwan ecclesiasque parochialis despoliatae, necnon fenilium in possessione Vynarcz depastorum itemque unius bombardae in castro Pethrowyna ereptae eoque damni plus 350 florenorum illati accusati sunt, ad terminum certum in ius coram bano rationem facinorum commissorum redituros vocavit. Orig. [**Šavor**]

**872. Zagrabiae, 20. VII. 1553. (D –XXXII – 75)**

Nicolaus comes de Zrynio, banus, Ioanni de Gezth, Paulo episcopo et Georgio Heresynczy gubernatori episcopatus Zagrabiensis, Stanislao Ztanko dicto, Georgio Myhanowych eiusque uxori Elizabet, Georgio Spyranchych, qui omnes a Christophoro de Praschyocz de vi, denique Petro Pathachych, qui propterea accusatus est, quod res suae fidei commissas restituere noluit, edit par litterarum capituli Zagrabiensis 14. IV. 1553., datarum, quibus bano Nicolao comiti de Zrynio nuntiatur reos ad iussum bani Warasdini 7. IV. 1553. datum 8. – 10. IV. e. a. in ius vocatos esse. Orig. [**Šavor**]

**873. Zagrabiae, 21. VII. 1553. (D –XXXII – 76)**

Nicolaus comes de Zrinio, banus, in causa inter Michaelem Radozlaw de Mylethyncz ut actorem et Petrum Keglewych de Bwsyn ut reum, ad huius rogatum, edit par litterarum capituli Zagrabiensis de 16. VII. 1551., quibus testatur a praefato Petro coram emissariis capituli in castro eius Kozthel 13. VII. 1551. iuramentum depositum esse, quo idem actorem a se violenter abductum et detentum atque 100 florenos pro liberatione eius per vim ab eo extortos, non ad solutinem cuius debiti persolutus esse negat. Orig. [**Šavor**]

**874. Zagrabiae, 22. VII. 1553. (D –XXXII – 77)**

Nicolaus comes de Zrinio, banus, in causa inter Martham, Mathiae Sampwh de Fewlsewthoplycza viduam, eiusque filiam Susannam ut actrices et Petrum Keglewych de Bwsyn ut in causam attractum, ad huius rogatum edit par litterarum testimonialium capituli Zagrabiensis de 12. IX. 1551. quibus iusiurandum iuxta continentiam litterarum adiudicatoriarum eiusdem bani atque pactionem cum memorato Mathia factam ab eodem Petro praestitum non esse testatur. Orig. [**Šavor**]

**875. Zagrabiae, 23. VII. 1553. (D –XXXI – 138)**

Nicolaus comes de Zrinio, banus, in causa inter Petrum Keglewych de Bwsyn ut actorem ac Lucam Zekel de Kewend, liberum dominum in Ormosd eiusque uxorem Catherinam et alteram Catherinam, socrum eius, ut in causam attractos, ad horum rogatum, edit paria litterarum capituli Zagrabiensis de 21. 1. 1551., quibus idem litteris eiusdem bani in Ormosd 23. XII. 1550. datis iussum praefatos reos, qui triplicis necis, maleficii ac violentiae iobagionibus petitoris in possessionibus Ztrahynya, Vynyverh, Slwnycza, Galowecz in pertinenciis castri Krapyna sitis necnon occupationis cuiusdam partis silvarum Velykydol factae accusati sunt, admonuit, ut coram bano comparerent rationem facinorum reddituri. Orig. [**Šavor**]

**876. Zagrabiae, 24. VII. 1553. (D –XXXI – 139)**

Nicolaus comes de Zrynio, banus, in causa inter Petrum Keglewych de Busyn ac Ioannem Pulanych de Busan ut actores atque Lucam Zekel de Kewend, liberum baronem in Ormosd, eiusque uxorem Catherinam ut reos ad horum rogatum edit paria litterarum Ferdinandi regis de 14. X. 1550., quibus Francisco de Wylak, episcopo Iauriensi ac locumtenenti ceterisque iudicibus etc. praecipitur, ut Petro Kegleych ex parte eorum omnium, contra quos coram praefatis iudicibus causam vel litem habet vel habebit, seque (?), ut aliis, iudicium ac iustitiam administrent. Orig. [**Šavor**]

Vidi: Isprave 4, dok. 766.

**877. S. l., 24. VII. 1553. (D –XXXII – 78)**

Nicolaus comes de Zrinio, banus, in causa Ladislai Kerechyny de Kanyafewlde contra Petrum Keglewych de Bwsyn reo edit par litterarum capituli Zagrabiensis ad eundem banum 19. XI. 1550. datarum, quae inquisitionem 14. XI. e. a. factam describunt, qua 43 testes, qui omnes bello anni 1539. interfuerunt, partim nobiles, partim cives et iobagiones, omnes ad unum indicaverunt, Petrum Keglewych tunc ducem exercitus praedam non divisisse, sed Ladislao quattuor nobiles Turcas et septem equos "speciales" ab eodem captos ademisse. Orig. [**Mayer]**

**878. Zagrabiae, 27. VII. 1553. (D –XXXII – 79)**

Ioannes Ungnad, baro in Sonnegg, confiniorum Croatiae et Sclavoniae capitaneus generalis, Petro Castellanffy praecipit, ut milites Crisium ad lustrandum mittat, eisque stipendium Warasdini numerare promittit. Orig. [**Juričan**]

Izdanje: MH, dok. 403, str. 457-458.

**879. Zagrabiae, 28. VII. 1553. (D –XXXII – 80)**

Nicolaus comes de Zrinio, banus, in causa inter Christophorum de Praschowcz ut actorem ac Ioannem Alapy de Nagykemlek, Franciscum de Rawen necnon Georgium, filium atque Annam et Margaretam, filias quondam Barbarae, filiae Georgii Dobrowolya ut ingerentes contra Ioannem Gezthy ut in causam attractum, de castro Kyskemlek, quod idem accusatus a Nicolao Balsa emit, quam emptionem actor refutans idem castrum sibi tradi postulabat, coram se mota et prorogata capitulo Zagrabiensi praecipit, ut communi inquisitione de praemissis facta meram veritatem reperiat ipsumque certiorem faciat. Orig. [**Šavor**]

**880. Zagrabiae, 29. VII. 1553. (D –XXXII – 81)**

Capitulum Zagrabiense litteris Nicolai comitis de Zrynio, bani, ad rogatum Francisci Keglewych de Bwsyn, abbatis de Thopwzka, necnon patris eius Petri, qui in certis quibusdam eorum negotiis quandam attestationem per testimonium capituli dare volunt, Zagrabiae 18. VI. 1553. datis iussum inquisitionem 29. VI. 1553. fecit, de qua 37 testibus, qui eosdem aggravant, requisitis et adiuratis litteras testimoniales petitoribus edit. Orig. [**Šavor**]

**881. Zagrabiae, ? VII. 1553. (D –XXXII – 82)**

Banus Nicolaus coms de Zrinio capitulo Zagrabiensi praecipit, ut inquisitionem faciat, utrum Petrus Keglewych de Bwsyn castra Kozthel et Krapyna cum pertinentiis, quae Iacobus Zekel post mortem Christophori filii Ioannis Corvini a rege obtinuit, iam prius emerit an non. Orig. [**Mayer**]

**882. Zagrabiae, ? VII. 1553. (D –XXXII – 83)**

In causa Ladislai Kerecheny de Kanyaffewlde, qui Petrum Keglewych de Bwsyn accusavit, quod lucrum 300 florenorum ex redemptione 7 equorum et 4 captorum Turcarum sibi et suis 20 equitibus non persolverit quod reus negavit, immo se lucrum toti exercitui divisisse et 200 florenos addidisse asseruit; postquam actor tam testimoniis quam iuramento suas assertiones confirmavit, Nicolaus comes de Zrynio, banus sententiam fert et capitulo Zagrabiensi praecipit, ut partem bonorum et res mobiles rei 300 florenos facientes pro actore et multa 50 marcarum occupet. Orig. [**Juričan**]

**883. Zagrabiae, ? VII. 1553. (D –XXXII – 84)**

In causa Francisci Kelgewych de Bwsyn, abbatis ecclesiae in Thopozka, qui Ioannem Alapy de Nagy Kemlek di violenta usurpatione praedii Wrattcza accusavit, quod autem accusatus negavit, sed id perennali iure titulo praediali iam a patre suo accepisse et a se orphano priorem abbatem hoc praedium violenter ademisse et iterum a Georgio

Keglewych qua gubernatore abbatiae sibi restitutum esse asserit; sed quod utraeque partes assertiones suas testimoniis confirmare volunt, Nicolaus comes de Zrynio, banus, capitulo Zagrabiensi praecipit, ut ex testimoniis et iuramentis partium 20. X. 1553. in possessione Zrebernyk excipiendis verum resciat et sibi nuntiet. Orig. [**Juričan**]

**884. Zagrabiae, ? VII. 1553. (D –XXXII – 85)**

In causa Stephani Krwpchych, civis Kapronczensis, qui Petrum Keglewych de Bwsyn de ablatione 12 peciarum panni, metu Turcarum in possessione Dombro in comitatus Zaladiensi intheolonio (!) repositi, quae 125 florenorum (r) sunt, accusavit, quod reus se hoc fecisse negat, Nicolaus comes de Zrynio, banus, sententiam fert, ut incusatus assertione suas iuramento coram testimonio capituli Zagrabiensis confirmet. Orig. [**Juričan**]

**885. Zagrabiae, ? VII. 1553. (D –XXXII – 86)**

Alterum exemplar documenti sub numero 85 asservati. Orig. [**Juričan**]

**886. Zagrabiae, ? VII. 1553. (D –XXXII – 87)**

Nicolaus comes de Zrinyo, banus, in causa inter Petrum Keglewych de Bwsyn ut actorem contra Lucam Zekel de Kewend, liberum dominum in Ormosd, eiusque uxorem Catherinam Imrehffy de Zerdahel, qui de vi a castellanis et officialibus castri eorum Krapyna necnon iobagionibus eorum Petri iobagionibus in possessionibus Erpenya, Polyana, Chernekowdol, Pregrada, omnia in pertinenciis castri petitoris Kozthel, illata atque rapina accusati sunt, quae facinora iidem accusati a se commissa esse negant, perceptis rationibus ac argumentis utriusque partis sententiam fert, qua in causam attracti sexto se quilibet eorum tertio se nobilibus Zagrabiae coram capitulo innocentiam suam in praemissis actionibus iure iurando saucire debeant. Orig. [**Šavor**]

**887. Zagrabiae, ? VII. 1553. (D –XXXII – 88)**

Nicolaus comes de Zrinyo, banus, in causa inter Petrum Keglewych de Bwsyn ut actorem contra Lucam Zekel de Kewend, liberum dominum in Ormosd, eiusque uxorem Catherinam Imrehffy de Zerdahel, qui de vi iobagionibus petitoris in possessionibus Czygrowcz, Erpenya, Zwdrasa Inferior, omnia in pertinenciis castri Kozthel, illata atque de anserum equaciaeque furto accusati sunt, quae omnia facinora iidem a se commissa esse negant, iuxta continentiam litterarum capituli Zagrabiensis excinde relatoriarum, perceptis rationibus ac argumentis utriusque partis sententiam fert, qua in causam actracti sexto se qulibet eorum tertio se nobilibus Zagrabiae coram eodem capitulo innocentiam suam in praemissis actionibus iure iurando saucire debeant. Orig. [**Šavor**]

**888. Zagrabiae, ? VII. 1553. (D –XXXII – 89)**

Nicolaus comes de Zrinyo, banus, in causa inter Petrum Keglewych de Bwsyn ut actorem contra Lucam Zekel de Kewend, liberum dominum in Ormosd, eiusque uxorem Catherinam Imrehffy de Zerdahel, qui de vi ac nece iobagionibus petitoris in possessionibus Czygrowcz Erpenya, Zwdrasa Inferior, omnia in pertinenciis castri Kozthel, illata atque de furto anserum accusati sunt, quae omnia iidem a se commissa esse negant, perceptis rationibus et argumentis utriusque partis sententiam fert, qua in causam attracti sexto se quilibet eorum nobilibus sibi similibus Zagrabiae

coram capitulo innocentiam suam in praemissis actionibus iure iurando saucire debeant. Orig. [**Šavor**]

**889. Zagrabiae, ? VII. 1553. (D –XXXII – 90)**

Nicolaus comes de Zrinyo, banus, in causa inter Gasparem Perneyey de Pernye ut actorem, qui Franciscum Keglewych de Bwssyn, abbatem de Thopwzka eiusque castellanum Nicolaum Kerlewachky demessorum segetum, petitori solito decimo terragio non persoluto, atque iniustae usurpationis quarundam teratum arabilim Lazyne accusavit, quae accusati fecisse negant, capitulo Zagrabiensi praecipit, ut inquisitione communi facta constituat, utrum Thomas Thomycza Gwzarych de Prychresnycza necnon Laurentius Mykowych praescriptas teras arabiles, in actione actoris denotatas, ab eodem actore ex aliquo ordinario proventu coluerint an Franciscus abbas aliique eius praedecessores easdem terras ab antiquo possederint. Orig. [**Šavor**]

**890. Zagrabiae, ? VII. 1553. (D –XXXII – 91)**

Nicolaus comes de Zrinio, banus, in causa inter Petrum Keglewych de Bwssyn ut actorem et Lucam Zekel de Kewend, liberum dominum in Ormosd, eiusque uxorem Catherinam Imrehffy de Zerdahel, qui maleficiorum, violentiae necisque a Ladislao litterato Terhen atque Francisco Imprych de Iamnycza, castellanis castri Krapyna, necnon Wolfgango de Frangepanibus eiusqe uxore Catharina Sarkan aliisque eorum iobagionibus in possessionibus actoris Vynnywerh,Sewnycza, Galowecz, omnes in pertinenciis castri Krapyna, commissae itemque occupationis imiustaeque retentionis nemorum ac silvarum Welyky dol accusati sunt, quae omnia in causam attracti a se commissa esse negant, sententiam fert, qua rei sexto se quilibet eorum tertio se nobilibus sibi similibus innocentiam suam iure iurando coram capitulo Zagrabiensi saucire debeant. Orig. [**Šavor**]

**891. Zagrabiae, 7. VIII. 1553. (D –XXXI – 140)**

Nicolaus comes de Zrynio, banus, in causa Stephani Krwpchych, civis Kaproncensis, qui Petrum Keglewych de Bwsyn de ereptione quarundam rerum inthelonio Dombrensi in pertinentiis castri Chaktornya metu Turcarum reponsitarum accusavit, et capitulum Zagrabiense, litteris bani 31. VIII. 1550. Zagrabiae datis iussum reum 16. X. 1550. ammonuit et in ius banale evocavit, reo par litterarum capituli Zagrabiensis 21. X. 1550. datarum edit. Orig. [**Juričan**]

**892. Viennae, 9. VIII. 1553. (D –XXXII – 92)**

Ferdinandus rex Lucam Zekel de Kewend, liberum dominum in Ormosd, qui castrum Zomzedwara castellumque Ztwbycza Andreae de Bathor, comiti comitatuum Zatlmar et Zaboch ac Hungariae capitaneo supremo, necnon Andreae Tewfenpaharr postea dono data, regi restituit contra omnes impetitores protegere promittit. Orig. [**Šavor**]
Izdanje: MH, dok. 404, str. 458.

**893. Posonii, 14. VIII. 1553. (D –XXXII – 93)**

Thomas de Nadasd, comes comitatus Castriferrei ac curiae regiae iudex, in causa Francisci Keglewych de Bwsyn, abbatis de Thopwzka, eiusque patris Petri qui Nicolaum comitem de Zrynio, banum, eiusque castellanum Georgium Horwath Bogdanych

decimae frugum, vini aliarumque rerum ecclesiae de Thopwzka de possessionibus Bernardi, Ioannis et Andreae Thonessych debitae ab iis per vim occupatae necnon raptorum pecorum aliarumque rerum in possessione Zelche inpertinenciis castir Blynye sita accusaverunt, coram se mota atque prorogata, in qua iidem accusati nocii (?) iudicati poena 25 marcarum et 100 florenorum in absentia damnati sunt, capitulo Zagrabiensi praecipit, ut reambulatione atque aestimatione omnium bonorum damnatorum facta portiones pecuniam multatam facientes sequestret manibusque actorum permittat, donec ista plus 55 florenos a damnatio persolvatur. Orig. [**Šavor**]

**894. Zagrabiae, 18. VIII. 1553. (D –XXXII – 94)**

Capitulum Zagrabiense litteris Nicolai comitis de Zrynio Zagrabiae 12. VII. 1553. datis iussum, bano nuntiat Georgium Franciscum Christophorum et Gasparum Isachych de Saballya a Stephano Kapitanffy, eiusque uxore Barbara ac Ioanne Hwdych eiusque uxore Veronica accusatos, quod possessione exponentium Czeztha et Zthwpny werh violenter occupaverunt et ex promonthorio et pertinentiis castri Ostrosyn Stephano Lazthachych, montanistae exponentium 1 vas vini eripuerunt, 13. VIII. 1553. in ius evocatos esse. Orig. [**Juričan**]

**895. Warasdini, 26. VIII. 1553. (D –XXXII – 95)**

Nicolaus de Marigolthowcz, iudex, a Paulo de Ratka, comitatus Warasdiniensis iudice ad petitione Elenae Pewkry, quondam Emerici Bradarch de Ladomercz viduae ac Stephani et Nicolai Bradach filiorem eiusdem, destinatus Margaretam Bradach, Georgii Pozdarzky viduam, praefatae Elenae filiam, necnon Franciscum Pozdareky, inquisitione prius facta, admonuit, ut ad terminum certum coram iudicio Warasdini comparerent rationem violentiae Barbarae, cuiusdam iobagionis petitorum socrui in possessione Thwrnyste illatae reddituri. Orig. [**Šavor**]

**896. Iadrae, 28. VIII. 1553. (DV – II – 102)**

Antonius Ciuranus, comes Iadrae, una cum suis consiliariis unam domum cum curia sitam in insula Pasmani in villa Bagno de bonis quondam Francisci de Fumatis, per Franciscum Ciualellum quondam Petri uti tutorem fratris eius Gregorii, heredi dicti quondam Francisci, Gregorio Ciualello quondam Thomae 6. V. 1553. in possessionem assignatis pro asicuratione unius sententiae latae 8. II. 1553. contra commissarios quondam Fransisci et tutores Gregorii eius heredis, ad publicum incantum Gregorio Ciualello pretio ducatorum 40 vendit et deliberat, terminum annorum 10 ad recuperandum statuendo. Latine c. Original perg. [**Marušić**]

**897. Zagrabiae, 30. VIII. 1553. (D –XXXII – 96)**

Capitulum Zagrabiense litteris Ferdinandi regis ad petitionem Petri Keglewych de Bwsyn eiusque filiorum Francisci, Matthiae, Nicolai, Petri ac Simonis, Posonii 10. VIII. 1553. datis iussum Lucam Zekel de Kewend, liberum dominum in Ormosd, eiusque uxorem Catharinam Imreffy de Zerdahek, 25. VIII. 1553. admonuit, ut omnibus litteris litteranisque instrumentis ac privilegiis castrorum Krapyna et Kozthel, quae Petrus cum Michaele Imreffy e Georgio Marchione Brandanburgen-

si, Ludovici regis consensu, emerant, de qua emptione litterae confectae ab eorum Michaele conservatae neque Petro datae eo mortuo in manus Catherinae, filiae eius, ac Lucao Zekel venerunt, in actione contra Iacobum Zekel ab eundem actorem introductioni illius in dominum castri Kozthel, quod ab defectum seminis Christophori, Ioannis Corvini ducis filli, idem Iacobus impetravit, contradicentem, coram bano mota, exhibitis comparerent paribusque expensis in iudicio petitori assistent, de qua admonitione capitulum Nicolaum comitem de Zrynio, banum, certiorem facit. Orig. [**Šavor**]

**898. Zagarabiae, 30. VIII. 1553. (D –XXXII – 97)**

Cum Petrus Keglewych de Bwsyn eiusque filii, qui asserunt Petrum una cum Michaele Imreffy de Zerdahel castra et bona Kozthel et Krapyna a Georgio Marchione Brandanburgensi emisse, litteralia documenta horum bonorum a Michaele Imreffy Lucae Zekel tradita esse, introductioni Iacobi Zekel in dominium dimidae partis bonorum ei a rege donatorum contradixissent, capitulum Zagrabiense, litteris Ferdinandi regis Posonii 10. VIII. 1553. datis iussum Lucam Zekel et Catharinam Imreffy 25. VIII. 1553. ammonuit et in ius evocauit. Orig. [**Juričan**]

**899. Posonii, 8. IX. 1553. (Frg – CIIL – 17)**

Curia regia provocatione reorum Michaelis et Ladislai Kerecheny repulsa sententiam Petri Keglewych confirmat. Ultima pars orginalis. [**nepotpisan**]

**900. Viennae, 15. IX. 1553. (D –XXXII – 98)**

Ferdinanus rex Ioanni Lengkhowitscz praecipit, ut villam Zokhol a militibus occupatam Ladislao Kerecheny restituta. Orig. [**Šavor**]

Izdanje: MH, dok. 406, str. 459.

**901. Posonii, 19. IX. 1553. (D –XXXII – 99)**

Franciscus de Rewa, comes ac locumtenens palatinalis, Barbarae filiae, Ioannis Czobor viduae, de causis quibusdam ad praesentes octavas suspensis atque post iudicia Posonii habita in facie loci coram arbitrio revidendis scribit. Orig. [**Šavor**]

**902. Zagrabiae, 26. XI. 1553. (D –XXXII – 100)**

Ioannes Hwdych uxorque eius Veronica Nicolaum Hobethych, ne portionem suam in castello Oztrosyn vendat, Stephanum Kapythanffy uxoremque eius Barbaram, ne emant, regem Ferdinandum, ne condonet, capitula et alia loca credibilia, ne litteras quasdam edant, coram capitulo Zagrabiensi iuridice prohibent. Orig. [**Juričan**]

**903. Zagarbiae, 5. XII. 1553. (D –XXXII – 101)**

Capitulum Zagrabiense Nicolau comitem de Zrynio, banum, litteris testimonialibus de iure iurando a Luca Zekel de Kewend eiusque uxore Catherina Imreffy de Zerdahel in lite iis a Petro Keglawych de Bwsyn intenta iuxta continentiam litterarum bani adiudicatoriarum 2. XII. 1553. coram eodem capitulo dando, sed non dato, confectis certiorem facit. Orig. [**Šavor**]

**904. Zagarbiae, 16. XII. 1553. (D –XXXII – 102)**

Capitulum Zagrabiense Nicolaum comitem de Zrynio, banum, de iure iurando, quod Lucas Zekel de Kewend, liber dominus in Ormosd, eiusque uxor Catherina Imrehffy de Zerdahel secundum litteras bani adiudicatoris in causa inter ipsos ut reos atque Petrum Keglewych de Bwsyn ut actorem, quo innocentiam suam in omnibus actoris actionibus saucirent, 13. XII. 1553. praestare debuerint, ab iis non dato certiorem facit. Orig. [**Šavor**]

**904. Tragurii, 3. ??[2] 1553. (DV – II – 101)**

Dominicus de Andreis certum terrenum aratorium situm ad Bile territorio Traguriensis campi mangni vetenorum 7 vel circa, alias ad publicum incantum per quondam Helenam relictam quondam Pauli de Andreis emptum, a Hieronymo Grisogono procuratorio nomine Francisci eius fratris uti donatarii quondam Helenae recuperat. Latine c. Original perg. [**Marušić**]

**906. Zagrabiae, 13. I. 1554. (D –XXXII – 103)**

Capitulum Zagrabiense bano Nicolao comiti de Zrynio nuntiat in causa Gasparis de Pernye contra Franciscum Keglewych de Bwsyn, abbatem de Thopozka, inquisitionem habitam esse, qua omnes 50 testes declavaverunt terras arabiles litigiosas in Lazyne semper abbatiae fuisse, Gasparem Pernyey eiusque antecessores nullun proventum ex eis solvisse, neque Thomam Thomycza et Laurentium Mykowych eas tenuisse. Orig. [**Mayer**]

**907. Zagrabiae, 16. I. 1554. (D –XXXII – 104)**

Capitulum Zagrabiense testatur Ladislaum Kerecheny de Kanyaffewlde, qui Petrum Keglewych de Bwsyn ablationis praedae in expeditione anno 1539. ad castrum Superius Gradacz reum fecit, iuramentum ei a bano in iudicio impositum, 13. I. 1554. non praestitisse. Orig. [**Mayer**]

**908. S. l., post 21. I. 1554. (Frg – CIIL – 18)**

Conventus monasterii sancti Benedicti de iuxta gran secundum mandatum Ferdinandi regis 21. I. 1554. ad rogatum Elizabethae Bathory de Somlyo, viduae Ludovici Pwkri de Petrowyna, nunc uxoris Ladislai Kerecheny de Kanyaffewlde, editum litteras suas dol die ... introductione quondam Ludovici in dominium castrorum Lykawa et Wywar iussu eiusdem regis die 10. X. 1533. facta transumit.

**909. Viennae, 1. II. 1554. (D –XXXII – 105)**

Instructio a rege Ferdinando Lucae Zekel de Kewend in Transsilvaniam proficiscenti data, ut cum Paulo Bornemisza et ceteris statibus et ordininus de defensione regni omnia necessaria tractet. Orig. [**Juričan**]

**910. Zagrabiae, 25. III. 1554. (D –XXXII – 106)**

Capitulum Zagrabiense, litteris Ferdinandi regis Viennae 2. II. 1554. datis iussum ad rogatum Helenae, viduae Emerici Bradach de Ladomercz eiusque filiorum, qui

---

2 Nomen mensis legi non potest.

Petrum Keglewych de Bwsyn de detentione litteralium documentorum, quae bona exponentium Byztrycza et Ladomercz concernunt, accusaverunt, Nicolao comiti de Zrynio, bano, nuntiat Petrum Keglewych 20. III. 1554. de restitutione documentorum ammonitum, et cum tantum coram iudicio facere velit, in ius banale evocatum esse. Orig. [**Juričan**]

**911. Posonii, 29. III. 1554. (D –XXXII – 107)**

Ferdinandus rex conventui ecclesiae de Iazow praecipit, ut paria documentorum edat, quibus Christophorus Kastellanffy de Zenthlelek et fratres eius iura sua in bonis Papy et Kasa in comitatus Orrodiensi, contra Balthasarem de Gosthou et Nicolaum Chasar, qui in dominium eorum introducti sunt, defendere possint. Orig. [**Juričan**]

**912. Zagrabiae, 5. IV. 1554. (D –XXXII – 108)**

Capitulum Zagrabiense bano Nicolao comiti de Zrynio nuntiat, Catherinam Imrehffy de Zerdahel, uxorem Lucae Zekel, ut banus litteris Posonii 17. III. e.a. iusserat, ammonitam esse, ut suam partem expensarum in processu de castris Krapyna et Kozthel, quas ad huc Petrus Keglewych de Bwsyn solus habuit, secundum pactum inter eos contribueret, eamque id facere paratam esse. Orig. [**Mayer**]

**913. Zagrabiae, 5. IV. 1554. (D –XXXII – 109)**

Alterum exemplar documenti sub numero 108 asservati. Orig. [**Juričan**]

**914. Warasdini, 16. IV. 1554. (D –XXXII – 110)**

Paulus de Rathka, vicecomes ac iudices nobilium comitatus Warasdiensis testantur Ioannem de Gregwrowcz a Francisco de Gregwrowcz de usurpatione vineae et silvae exponents in promonthorio Zelwbynyak, possessione Iuryowcz, accusatum, 11. IV. 1554. ammonitum et in ius Warasdinum evocatum esse.
Ex nota a tergo apposita de administratione iuridica. Orig. [**Juričan**]

**915. In castro Zelyna, 6. V. 1554. (D –XXXII – 111)**

Ladislaus Kerecheny de Kanyafelde ac Michael Forgach de Repyncz, comitatus Crisiensis, necnon Stephanus Homzky, comitatus Zagrabiensis iudex, viceiudices ac arbitri in causa inter Georgium Marchych de Morawcha Zenthywan et Nicolaum Drwpoych necnon Elenam, sororem eius, ut actores atque Thomam Derseck, Nicolaum Horwathych, Marcum Lyzychych, Matthiam Sykach et Georgium, generum eiusdem, omnes de eadem Morawcha Zenthywan ut reos de intremptione Matthiae Kosych ac verberatione dictorum Nicolai et Elenae mota arbitrativam compositionem ferunt, qua in causam attracti 25 florenos ad diem 29. VI., alios 25 florenos ad diem 29. IX. actoribus deponere et solvere debeant. Orig. [**Šavor**]

**916. Zagrabiae, 10. V. 1554. (D –XXXI – 141)**

Capitulum Zagrabiense ad rogatum Ladislai Kerechyny da Kanyafewld litteras Ludovici Pekry de Pethrowyne, Lypthowiae comitis, in casto Lykawa 14. II. 1549. datas, quibus heredes castrorum Lykawawar et Wywar si ipse caso aliquo sine testamento de vita decesserit, statuuntur, de lingua Hungarica in Latinam vertit. Orig. [**Šavor**]

**917. Monte Grecensi Zagrabiensi, 14. V. 1554. (D –XXXII – 112)**

Communitas civitatis Montis Grecensis Zagrabiensis ad regem [Ferdinandum] Gasparum Songorych, Laurentium litteratum et Bogdanum notarium mittunt et ut suos fidedignos oratores commendat. Orig. [**Juričan**]

**918. Zagrabiae, 15. V. 1554. (D –XXXII – 113)**

Concordia coram capitulo Zagrabiensi facta inter Christophorum de Praschowcz et Ioannem Gezthy de Zenthleryncz qua ille omnes causas de castro Kyskemlek contra hunc consonit (?).Orig. [**Mayer**]

**919. Warasdini, 22. V. 1554. (D –XXXII – 114)**

Ioannes Wngnad, comes comitatus Warasdinensis, unumquemque, qui in causa de fenili quodam in possessione Oskowcz inter Franciscum Gregwroczy et Iankonem Dwdych de Orehowycza requisitus sit, verum testimonium dicere iubet. Orig. [**Mayer**]

**920. S. l., 26. VI. 1554. (D –XXXII – 115)**

In causa seu attestatione Iankonis Dwdych de Orehoycza contra Franciscum Greguroczy de quodam extirpatico seu silva extirpata penes fluvium Kozthelina 7 testes coram Iohanne Pwhakoczy, iudice nobilim comitatus Warasdiensis, facta terram Iankonis Dwdych esse dicunt. Orig. [**Juričan**]

**921. Zagrabiae, 29. VI. 1554. (D –XXXII – 116)**

Ladislau Bellaiewich, iudex nobilium comitatus Zagrabiensis testatur se cum socio 27. VI. 1554. in Iaztrebarzka metas, de quibus violatis causa inter comitem Petrum Erdeödy ac cives oppidi Iazka mota erat, reambulasse et transgressiones violationes comiti inhibuisse.
Par litterarum iudici oppidi Iaztrebarzka editur. Cop. leg. [**Juričan**]

**922. Iadrae, 4. VII. 1554. (DV – II – 103)**

Coram Ioanne Baptista Grisogono, consiliario comitis, doctor eques Ioannes Rosa ad bonum completum dotis uxoris suae Corneliae a doctore Nicolao Palladino Pharensi suo cognato et a Laurentio de Nasis Iadrensi nomine dicti Nicolai ducatos 270 se recepisse confitetur. Latine c. Latine c. Original perg. [**Marušić**]

**923. Zagrabiae, 15. VII. 1554. (D –XXXII – 117)**

Iohannes Ungnad, liber baro in Sonnekh ac capitaneus generalis, castrum Nouigrad a Stephano Bradach, preafecto, Iohanni Saronich restitutum esse testatur. Orig. [**Šavor**]

**924. Viennae, 27. VII. 1554. (D –XXXII – 118)**

Ferdinandus rex Lucae Zekel de Kewend, libero baroni in Ormosd concedit, ut quendam captivum Turcam, quem Nicolao a Salmis, capitaneo regio generali, eiusdem locumtenete Nicolao de Zrinio et aliis insciis (?) Petro Keglewych de Bwsyn abstulit, dimittere possit. Orig. [**Juričan**]
Izdanje: MH, dok. 419, str. 474.

**925. Zagrabiae, 1. VIII. 1554. (D –XXXII – 119)**

Ioannes Gwdych, eiusque uxor Veronica contra Stephanum Kapythanffy eiusque uxorem Barbaram, qui castrum Ostrosyn tenent, sed exponentibus dimidiam partem expensarum in eius recuperatione factarum refundere volunt, coram capitulo Zagrabiensi iuridice protestantu. Orig. [**Juričan**]

**926. Waradini, 19. VIII. 1554. (D –XXXII – 120)**

Capitulum Waradiniense Annam Iaksyth, Casparis Banffy losoncii de Nagyfalw viduam, Petri Iaksyth de Nagylak filiam ac Sophiam Banffy, Michaelis de Chelegd uxorem, necnon Barbaram ac Dorotheam, dictae Annae filias aliosque quosdam introductioni Christophori Castellanffy in dominium 40 colonorum sessionalium in possessionibus Donebegyhaz et Kwpan (comitatus Chanadiensis), qui per mortem ac ob defectum seminis quondam Petri et Marci Iaksyth ad regem devoluti ab eo memoratum Christophorum collati sunt, iussu Ferdinandi regis de 2. VIII. 1553. a capitulo 2. II. 1554. factae contradicentes in ius ad terminum certum vocavit rationem contradictionis reddituros. Orig. [**Šavor**]

**927. Kopreinitz – Sancti Georgen, 20. VIII. 1554. – 23. VIII. 1554. (D –XXXII – 121)**

Copiae trium epistularum, germanice conscriptae, quibus Lucas Zäckhl Iohannem Ungnad de adventu bani, Wahy (?) et Christophi Nadasdy necnon Banffy atque de ramoribus, qui Bassam Boznensem et apparatus Sanchak begi de Possegia, cui Rahotzam adoriri (?) in animo est, tangunt, certiorem facit. Orig. [**Šavor**]

Izdanje: MH, dok. 422-423, str. 477-478.

**928. Zenthgerghware, 23. VIII. 1554. (D –XXXII – 122)**

Nicolaus comes de Zrinio Ioannem Ungnad, baronem in Sonneghk ac capitaneum generalem, de aduentu suo Zenthgerghwara negotii cuiusdam cum Basse Boznensi mandatu regis conficiendi causa certiorem facit atque ab eo subsidium, adhuc insifficiens, expectat. Orig. [**Šavor**]

Izdanje: MH, dok. 424, str. 478.

**929. Zenthgerghwar, 23. VIII. 1554. (D –XXXII – 123)**

Paulus de Radkay Ioanni Ungnad nuntiat ex ore captivorum Turcarum audivisse Mahmetan bano admirari, quod banus bellum ad Zenthgerghwar concitet. Captivos dicere Bassam Boznensem cum copiis in Banialuka esse et Mehmetan ex Posgawar ad Rahuka (?) profectum esse. Orig. [**Juričan**]

Izdanje: MH, dok. 425, str. 478-479.

**930. Hrastowycza, 24. VIII. 1554. (D –XXXII – 124)**

Relatione cuiusdam perfugae, qui Turchia reversus de Bassa Boznensi, qui Merthwyczae, prope Banyam Lwkam, balneum sibi disposuit ac se cum bano, si idem litteras regias ostenderit, contendere paratum dixit, necnon de Ulambassae morte ac cuiusdam harambassea renuntiatione, qui Turcis in animo esse, Malkwchbeg duce, incursionem in Chrastowitza facere dicit. Orig. [**Šavor**]

Izdanje: MH, dok. 428, str. 481.

**931. S. l., 24. VIII. 1554. (D –XXXII – 125)**

Duo speculatores Banialuka, Gradiska, Posega reversi coram summo concilo bellico exponunr, quae apud Turcas animadverterunt: bassas nondum profectos, cum imperatorem suum expextent; inde varios rumores in exercitu Turcarum. Germanice conscriptum. Orig. [**Mayer**]

**932. S. l., 25. VIII. 1554. (D –XXXII – 126)**

Martinus Schipuch, in Iudowecz Sloveniae natus, ante 13 annos ad Khopreinicz a Turcis vulneratus et captus, nunc ex Adrianopoli cum Turcarum exercitu profectus, ad exercitum Christianum perfugit, coram summo concilio bellico exponit, quae vidit et audivit. Germanice conscriptum. Orig. [**Mayer**]

Izdanje: MH, dok. 430, str. 483-485.

**933. Kapronczae, 26. VIII. 1554. (D –XXXII – 127)**

Paulus de Radky, Ioannes Ungnad, libero domino in Sunneg, confiniorum Croatiae et Slavoniae capitaneo generali nuntiat, se cum ceteris incolumes a bano rediisse et ex Kaproncz weywodas haramiarum, Alapy, Gerti et Nicolaum Bradach ad locum cuique destinatum missos esse, cum utilius sit unumquemque eorum locum suum et plebem a raptu Turcarum diligentissimis exculibiis tueri. Suum exercitum in locis necessariis divisisse et 20 equites Zenth Peter versus misisse, qui cum copiis domini Schaler depopulationes Turcarum impedirent. His ordinatis se domum profectum esse. Orig. [**Juričan**]

**934. Zagrabiae, 30. VIII. 1554. (D –XXXII – 128)**

Nicolaus Bradach de Ladomercz, etiam nomine fratris Stephani et matris Elenae Pekry, coram capitulo Zagrabiensi sororem Margaretham, viduam Georgii Pozedarzky, ne portiones ei in pertinentiis castri Oztercz a se cessas cum Stephano et Francisco Pozedarsky levinis eius "pro bonis in territorio Pozedariensi extra hoc regnum existentibus permutet vel impignoret", hos ne id facinat, regem ne id confirmet, iuridice prohibet. Orig. [**Mayer**]

**935. In castro Osthercz, 10. IX. 1554. (D –XXXII – 129)**

Litterae de divisione bonorum castri Osthercz aliarumque rerum mobilium quondam Emerici Bradach de Ladomercz inter Elenam Pekry de Pethrowyna, viduam, eiusque filium seniorem Stephanum Bradach ab una atque Nicolaum Bradach, filium eiusdem iuniorem, ab altera parte concordia Michaelis Forghach de Repincz, comitatus Crisiensis, ac Nicolai Marigolth, comitatus Warasdiniensis iudicis aliorumque quorundam viceiudicum tamquam arbitrorum in eodem castro 9. X. 1554. facta confectae. Orig. [**Šavor**]

**936. Iwrketyncz, 11. IX. 1554. (D –XXXII – 130)**

Vincentius Gregwroczy in omnibus causis 16 nobiles intus nominatos sibi legitimos procuratores coram Paulo de Rathka, vicecomite comitatus Warasdiensis eligit. Orig. [**Juričan**]

**937. Zagrabiae, 15. IX. 1554. (D –XXXII – 131)**

12 praebendarii ecclesiae Zagrabiensis Mathiam Degercz et Mathiam de Fylyawkys in domo decani unanimi voto inhibent, ne in consortium fratrum intrent, donec rationes decimarum de Marochya anni 1552. reddiderint. Orig. [**Juričan**]

**938. Posonii, 16. IX. 1554. (D –XXXII – 132)**

Thomas de Nadasd, Hunagariae palatinus ac Ferdinandi regis locumtenens, comit, vicecomiti atque comitatus Warasdiniensis, ad petitionem Nicolai Bradach de Ladomercz, praecipit, ut omnia bona et res mobiles quondam Emerici Bradach de eadem Ladomercz, patris eius, inter petitorem eiusque matrem Elena Pekry in rectas et aequales partes dividat atque littera testimoniales de hac divisione confectas eidem Nicolao edat. Orig. [**Šavor**]

**939. Zagrabiae, 26. X. 1554. (D –XXXII – 133)**

Gregorius Thomaszowych, Gasparis de Pernye servitor, nomine Ioannis, Stephani et Nicolai, filiorum necnon Barbarae et Annae filiarum dicti Gasparis coram capitulo Zagrabiensi intercessionem facit contra Ferdinandum regem, ne conferet, contra Ionanem Aythych eiusque uxorem Annam ac Ioannem Nowakowych aliosque quoslibet, ne ement vel occupent possissionem Zamersye ad castrum Hrezno pertinentem. Orig. [**Šavor**]

**940. Warasdini, 2. XI. 1554. (D –XXXI – 142)**

Paulus de Rathka, vicecomes et iudices nobilium comitatus Warasdiensis, postquam inquisitio in causa Iankonis Dwdych de Orehowycza, qui Petrum Keglewych de Bwsyn de violenta occupatione foenilis et ablatione vini Mathiae Yarney ex possessione exponentis Lowrecha zela (comitatus Warasdiensis) accusauit, ut ex eorum litteris Warasdini 14. 11. 1550. datis apparet, facta est, reum in ius vocant.
Ex nota a tergo apposita apparet, accusatum dicere, dam prificatum iobagionem et foenile proprium esse. Orig. [**Juričan**]

**941. Zagrabiae, 17. IX. 1554. (D – XIII – 94)**

Capitulum ecclesiae Zagrabiensis, ab Iohannem Aychych de Bwzeta rogatum, 17. IX. 1554. transsumit litteras Chasmae 25. VIII. 1459., quibus capitulum eius ecclesiae testatur se a Mathia rege litteris Budae 25. VIII. 1459. datis iussum, 10. VIII. e. a. Thomam priorem Auranae in dominium possessionis Hrezno in comitatu Zagrabiensi sitae nemine contradicente de novo introduxisse et metas, quae describuntur, reambulavisse. Orig. pap. [**Mayer**]

Za ispravu od 25. XII. 1459. vidi Stipišić – Šamšalović, Isprave, dok. 2429, str. 592.

**942. Zomzedwara, 4. XII. 1554. (D –XXXII – 134)**

Andreas Hennyng de Zomzedwara Andrea Marthynkoychy alias Zobar, de se bene merito, sessionem cum curia nobilitari in Ozthermecz, iudicatu Nowak in bonis castri Zomzedwara omnibus praestationibus liberam, confert. Orig. [**Juričan**]

**943. Posonii, 24. XII. 1554. (D –XXXII – 135)**

Thomas de Nadasd, palatinus ac Ferdinandi regis locumtenens, Franciscum Keglewych de Bwsyn, abbatem de Thopozka adhortatur, ut in oppido Thopozka coram iudicibus a rege specialiter designatis, ac, si forte eadem causae per eos istic determinari non possint, Posonii 4. II. coram se compareat omnibusque causis suis ac differentiis propositis deliberationi iudicum pareat. Orig. [**Šavor**]

Izdanje: MH, dok. 433, str. 489.

## *Regesta* of the Sixteenth-Century Charters from the Archive of the Croatian Academy of Sciences and Arts

### Fifth Part: Charters from the Period from 1551 to 1554

*Regesta* Composed by Antun Mayer and Collaborators,
Prepared for Publishing by Maja Katušić

Summary

The Archive of the Croatian Academy of Sciences and Arts (Croatian abbreviation: HAZU) keeps a collection of medieval and early modern charters, called the *Diplomata*. Work on the archival ordering of the charters and making of the *regesta* for them was started by a group of Historical Institute and Archive employees and external collaborators headed by Antun Mayer, while Jakov Stipišić and Miljen Šamšalović published *regesta* of medieval charters from that collection in *Zbornik Historijskog instituta Jugoslavenske akademije* (today *Zbornik Odsjeka za povijesne znanosti Zavoda za povijesne i društvene znanosti HAZU*) (vols. 2 to 5). In order to publish also the *regesta* of other charters, to make them more easily accessible for the wider circle of users, the work on publishing the *regesta* was continued in 2007 and the *regesta* of the charters covering the period from 1527 to 1550 were published in vols. 25 to 28 of the *Zbornik*. In this volume, as the fifth part of the *Regesta*, there are those related to the charters from 1551 to 1554. The *regesta* published in this instalment were made by Antun Mayer, Lujo Šavor, Rudolf Juričan and Josip Marušić.

**Key words:** the Early Modern Age, Croatian history, historical sources, charters, the Archive of the Croatian Academy of Sciences and Arts